

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7424

Autre(s) référence(s) : Round 526

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1181-1189]

Lieu d'émission : Mortain

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye d'Aunai.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXLV, t. 2, p. 379-382.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 526.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 380. Souscription de Geoffroy Fils du roi, chancelier en fonctions depuis 1181.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie Sancte Marie de Alneto, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas donationes que eis rationabiliter facte sunt et cartis donatorum confirmate. Ex dono Jordani de Saio et Lucie uxoris sue, et concessione et confirmatione Richardi de Humetis, constabularii, et Agnetis uxoris ejus, et liberorum suorum, heredum illorum, locum in quo constructa est primum prefata abbatia, sicut terra descendit de monte in Oudonem, et partem foreste, sicut via descendit versus domum Osberti carpentarii. Ex dono eorumdem, terram de Repentio, concessu Radulfi de Buron[e] et heredum suorum, quam Lucia uxor Jordani emerat. Item ex dono eorumdem, quoddam nemus juxta nemus Anquetilli, concedente Radulfo de Buron[e] et heredum suorum. Ex dono eorumdem, decimam totius domini et decimam molendini de Deserto. Item ex

dono eorumdem, ecclesias de Cenilleio cum omnibus decimis, et terram elemosinariam ad easdem ecclesias pertinentem. Item dimidiam terram quam habebant in Aneeriis et decimam molendinorum et telonei et virgultorum et pecorum de Alneto et de Rumilleio, et decimam anguillarum, et duas acras terre in quibus constructa est grangia monachorum, et duas garbas totius decime Rumilleii, et duas garbas decime de Bauqueio. Item, ecclesiam de Herouvilla, et quicquid habebant in ecclesia de Ranvilla et in decima, et decimam molendini sui in eadem villa. Item, in Cormolain decimam totius domini sui et totam terram suam. Item ecclesiam Baleii cum tota decima et decimam molendini. Ex donatione eorumdem, in Anglia, ecclesiam de Curtintona, cum terra elemosine et omnibus aliis pertinentiis suis, et in Bernecestria decimam domini sui, et capellam de Gylva cum decimis domini sui. Ex dono autem Lucie pratum unum in Baucheio. Ex propria donatione Richardi de Humetis et Agnetis uxoris sue, filie et heredis predicti Jordani, concessione Guillelmi de Humetis et Engerranni et Jordani, filiorum suorum, sedem et positionem abbacie nove super Oudonem, et viginti acras terre feodi filiorum Alveredi, pro quibus prefatus Richardus et Agnes uxor ejus donaverunt eis excambium juxta novum vivarium quod fecit construi super Oudonem. Item ecclesiam de Marrigneio, cum burgo Sancti Petri et cum omnibus appendiciis suis, et in molendinis ejusdem ville quatuor quarteria frumenti cum omnibus appendiciis suis, et in molendino ejusdem ville quatuor quarteria frumenti. Item in eodem molendino, ex dono Guillelmi de Humetis et Agnetis matris sue, quinque quarteria frumenti, [et] viginti solidos Cenomanensium in teloneo ejusdem ville. Item ex dono memorati Richardi de Humetis et Agnetis uxoris sue ecclesiam de Rumilleio in integrum, cum omnibus appendiciis suis, et ecclesiam de cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam de Lerunberga cum omnibus pertinentiis suis, et totam terram de Masura Arsa, quam prefatus Ricardus de Humetis emit de Radulpho de Noeriis, quam idem Radulphus tenebat de Radulpho de Roscamp concedente Ranulfo de Roscamp, et similiter cum Richardo de Humet[is] super altare ponente, sicut carta Richardi testatur. Item totam terram et omne tenementum ex integro quod tenebat Ranulfus Carchard de ipso Richardo de Humetis apud Vianam. Item totam terram quam tenebat Andreas de Alneto apud Ranvillam. Item ex dono Ricardi de Humetis et heredum suorum totam villam de Ferrara cum bosco Aalouf et omnibus pertinentiis suis, excepta ecclesia et molendino. Ex dono Richardi de Ros, concessione et confirmatione Richardi de Humetis et filiorum suorum, duas acras terre in Hermenvilla, concessu Terrici de Hermenvilla. Ex dono Roberti Mali Nepotis, duas acras terre apud Ares. Item totam terram Willelmi de Coleville de Ferrara de Valle, cum nemore ad eandem terram pertinente. Item ex dono Eudonis de Brecé duas acras terre apud Vianam. Ex dono Anchetilli da Veaus, unam acram terre apud eandem villam de Viaus, concedente eandem Willelmo filio ejusdem Anchetilli. Ex dono Agnetis, uxoris antefati Richardi de Humetis, in villa et tenemento de Ranvilla, concedentibus filiis suis, totam terram et totum feodum Ricardi Karite et fratrum suorum cum omnibus pertinentiis suis, et in Anglia, apud Curtintonam, viginti solidos in terra et redditu et locis determinatis in carta ipsius Agnetis, et in molendino, ita quod si aliquid in reparationibus et in operibus molendini facere oportuerit, ipsa vel heredes sui per se vel per heredes suos illud facient, secundum quod carta ejus[dem] Agnetis testatur. Ex dono Enguerranni de Humetis, triginta acras terre apud Alnetum, juxta territorium Sancti Georgii, et ecclesiam Benneville cum omnibus decimis et pertinentiis suis, concessu Cecilie uxoris sue et Henrici filii sui, et concessu Ranulphi de Brevebeuf, qui de Enguerranno eam tenebat, et Petri filii sui, et ecclesia de Cambis cum omnibus pertinentiis suis, concessu etiam prefate Cecilie, uxoris sue, et Henrici filii sui. Ex dono Gisberti de Kenerchis, totum illud quod habebat in molendino de Rocheros, sicut carta ipsius testatur. Ex dono Radulphi de Mesnillo et in maceriis versus Cambam, unum campum terre qui reddit unum sextarium frumenti, et in feodo dicto XXX. acras juxta la Ruelle, de quodam campo quem Willelmus Tucupent (?) tenet in feodo et firma, unum sextarium frumenti, et apud Sauxevilla[m] et apud Mannunces duos campos quos Robertus Burnel tenet in feodo et firma, qui reddunt unum sextarium frumenti, quos campos dedit eis cum redditu frumenti inde proveniente, exceptis reguardis et serviciis hominum, sicut continetur in carta ipsius Radulphi. Ex dono Enguerranni Patrich, dimidium modium frumenti annuatim recipiendum mense septembri in merceria sua de Mesnillo Patrich, secundum quod carta ipsius Inguerranni testatur. Quare volo et firmiter precipio quod prefata abbatia de Alneto et monachi ibidem Deo servientes omnia suprascripta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis et terris et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Gaufrido filio meo, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Alveredo de Sancto Martino, Gisleberto Pipard, Roberto de Bruiecurt, Gerardo de Canvilla, Radulfo de Fougeriis, Radulfo Tesson et Nigello de Moretonio.

Apud Moretonium.

